

SILVO KOPRIVA  
Ljubljana

UDK 886.3—1=03.71

OB VEČERIH — CUM VESPERI SUNT

(Anica Šumenjak)

A vico prope vesperis suevi  
Ascensu superare collicellos.  
Hinc illinc graciles strepunt cicadae  
Edentes tenere sonum venustum.

Lenis hic sedeo virenti in herba  
Hic cessans penitus tui recordor...  
Mensis Maius erat, tibi meum cor  
Quando in colle dedi fidele ad usque.

Vinetum fuit hoc et hic, suavis,  
Dixisti, valeas mihi ultimum tunc  
Et mi pollicitatus es venire,  
Cum maturus erit racemus uvae.

Iam maturuit uva delicata,  
Ast adhuc abes usque, denuo cum  
Praepetum crotalum strepit fugator,  
Non felix cor inest mihi querenti.